

- Hic necessarium vnum valde utile non omitam, cuiusnam status an Ecclesiastici
- 188 an secularis iudicibus huius patronatus cognitio tam in proprietate, quam in possessionis iudicio pertineat, siquidem videatur indubitatum ex determinatione text. in cap.
- 189 *quanto de iudicis*, vt de iure patronatus tanquam spiritualibus annexo sit iudicandum, ac de ipso principali spirituali, ac idem ad forum Ecclesiasticum spectet cognitio.
- 190 Nihilominus tamen illud est specialissimum, in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, quæ siue in possessione, siue in proprietate Regium Coronæ patronatum attingant, vel aliâ sint Regalia, Regem, eiusque consilium cognoscere, esseque vsu receptum, & permissum non solum in
- 191 Hispania, verum etiam in Regnis Galliarum, Angliæ, Hungariæ, & Apuliæ, testantur Austr. in additioni. ad Capell. Tholof. decis. 165. num. 25. versic. 25. fallit. & quæ tradit Zuch. alleg. 8. num. 14. vers. verum. Stephan. Auf. de potest. secul. super Ecclesia fall. 25. Costalius in l. de qq. ff. de legib. quos duos citat, sed non sequitur Mart. de iur. 2. p. c. 4. num. 1. Ioan. Garc. de nobilit. gl. 9. num. 24. & seqq. post Specul. tit. de competen. indi. aditio. §. generaliter num. 2. versic. quarto. Guillel. Benedic. in c. Raynuitus verb. & uxorem in 2. n. 62. fol. 84. de testam. & num. 74. 78. & 79. optime Bobad. in polit. lib. 2. c. 18. num. 213. & facit etiam
- 192 Concil. Trident. sess. 22. de reformat. c. 8. vbi iubetur Episcopis etiam tanquã Sedis Apostolicæ delegatis visitare hospitalia, & confraternitates, seu vniuersitates scholarium, in quo excipiuntur, quæ sub regum immediata protectione sunt, fundantur in antiquissima & immemoriali consuetudine, qua potest acquiri, quod etiam per priuilegium Romani Pontificis, & cum hoc ius patronatus, sit de regalibus, nimirum; vt Rex hanc præminentiã acquisierit.
- 193 Sed aprior illa consideranda erit ratio, vt scilicet in Regio consilio non agitur de iure Regio patronatus in consistorialibus competente, quia de eo nec dubitatur, nec dubitari etiam potest, nec institutio, aut collatio ibi fit. (quo casu loquitur Mart. de iurisdic. 2. p. c. 4. §. prim. fol. 266.) sed tantum agitur de qualitate extrinseca Ecclesiæ, cõtenta in indultis Bullis, & donationibus Pontificalibus, an scilicet sit consistorialis, necne, quod nihil spiritualitatis comprehendit, sed nudum factum.
- 195 Certissimi namque iuris est, vt super donatione iuris patronatus facta per laicum posse iudicem secularem cognoscere, condemnare, & compellere donatorem, ad implementum, vt tenent Anton. de Burr. in cap.

quanto. & ibi Abb. in si. de iudic. Federi. de Senis consi. 192. facta est lex. Austr. in tractatu de potestate seculari in Eccles. regul. 4. fill. 21. Lamb. de iur. patron. lib. 3. quaest. 8. art. 8. num. 6. vers. & quia index secularis. fatetur (quod est miraculum) Mart. tract. de iurisdic. 2. p. c. 4. num. 16. fol. 264. vbi loquitur etiam de promittente donare hoc ius patronatus. vt ad compellendum, sit competens iudex secularis, ergo à fortiori poterit cognoscere de qualitatibus inhærentibus, & insertis ipsi donationi, vt puta, dono tibi ius patronatus, quod in tali collegiali habeo, vel in Ecclesiæ sanctæ Mariæ, &c. vel in capella talis monasterij. nam si de huiusmodi qualitatibus, & identitatibus dubitetur, quis dubitat, posse eundem cognoscere iudicem, & quia de facto rei spiritualis iudex laicus competens est, vt plerumque notum est.

Et hodie in Hispania pro euitanda competentia, quæ cotidie super huiusmodi iuris patronatus Regij cognitione oriri solebat, inter supremum iustitiarum Consilium, & consilium Cameræ, per quod expeditur scedula præsentationis in eis, sacra Catholica maiestas pro euitandis etiam partium expensis immensis, aliisque inconuenientibus inde sequutis; iussit, & expedit nonnullas scedulas Regales, quibus inhiuit omnibus tribunalibus supremis, consilio & Regiis Cancellariis, disponens quòd quando contigerit dubitari, seu litigium moueri super iure patronatus suæ coronæ, vel quomodolibet illi attingat, super aliquo canonicatu, ratione, Abbacia, Prioratu, Prælatia, aut præbenda maiori, vel minori, vel aliquo quouis beneficio, huius dubietatis cognitionem pertinere priuatiuè suo consilio Cameræ, vt constat ex scedula expedita anno 1593. die 17. Martij, ibi, *quando se dudasse* & ibi, *pertenece a mi consejo de Camara priuatiuamente.* & alia anno 1588. die 16. Ianuarij, & alia anno 1603. die 7. April. ibi, *y por esta inhiho al dicho mi consejo Real y Chancillerias y otros quales quiera mis tribunales y juezes de qualquier calidad estado y condición que sean, para que en ninguna manera cognoscian ni puedan tratar ni cognoscer de las dichas causas de patronazgo, &c.* Et hinc est, vt supræca tribunalia non se intromittunt cognoscere de violentiis factis à iudicibus Ecclesiasticis ordinariis in huiusmodi causis, & negotiis iuris patronatus Regiæ coronæ, sed illa videnda & tollenda remittunt ad supremum Camera Regij consilium, prout ego multoties vidi in hoc fenatu Gallogræco, licet in delegatorum violentiis, qui emanant à superioribus, ad quos recursus fuit per præsentatum à Regia corona, aliquo ex modis

- dis inferioris descriptis aliter obseruatum vidi, & super eis determinatum in prædicto fenatu.
- 201 Nam tunc quemadmodum iudices ipsi Ecclesiastici superiores, eorumque delegati licet possunt cognoscere de nudo grauamine ob non admissam præsentationem Regiam ab inferioribus ordinariis facta, abstracti à cognitione iuris patr. Regij secundum ea quæ mox dicenda sunt: pariter & tunc poterunt tribunalia Regia cognoscere de violentiis, & commissis, quia semel iam res prohibitionem euasit, & semel effecta res alienabilis, semper remanet alienabilis, iuxta ea quæ alibi latè diximus.
- 202 Et vnum te aduerto, quòd si præsentatus à sacra Catholica maiestate intimauerit primam Regiam cartam ordinario, vt examinatus, & approbatus instituat, ordinario recusante, recurrit ad supremum Consilium Cameræ cum responsione, & petit secundam cartam, & tunc non ita facile conceditur, sed differitur expeditio multoties, quouisque clarius appareat, & verificetur, ius patronatus Regium intrare in illud beneficium cum citatione ordinarij, & interesse putantium. si tamen hoc satis constare, & apparere videatur Regio prædicto consilio, secunda carta expeditur, qua iubetur, vt instituat sic præsentatum. Si autem euidenter hoc apparuerit à principio, vel quia sacra maiestas intenuit in vltimo statu præsentandi, vel quasi possessione, vel paulo antè habuisset, vel in iis beneficiis, in quibus hucusque in dubium reuocatum non sit, nec dubitatum, ad se ius patronatus pertinere, sine difficultate expediti mandatur.
- 203 Et iam hodie nisi in iis casibus relatis nulla solet expediti scedula, imò etiam prima præsentationis denegatur, nisi prius legitime de iure Regio patronatus doceatur, & quidem iustissimè, quoniam experimento cognouit fenatus Cameræ, vt prætextu, & occasione iuris patronatus Regij tot priuilegiati à iure, multi possessores inquietabantur iniuste, & in vacantibus impediabantur hac via prouisionis ordinariorum, licetque protrahebantur in infinitum, non sine magno dispendio, & sumptibus litigantium. Quare nisi legitime prius constiterit de iure patronatus Regio (vt in iis casibus modò relatis d. num. 201.) porta non aperitur in illis, tamen non solum prima præsentatio, sed & secunda iussio expeditur, non aliter.
- 204 Cui si adhuc obedire, & obtemperare, neglexerit ordinarij, vel procedendum est Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

vsque ad diffinitiuam sententiam in fenatu Regio super iure patronatus, vel tandem arbitror tertiam cartam, & iussione expedendam, & cum ea procedendum esse ad executionem penæ impostæ à iure Episcopo, & aliis personis Ecclesiasticis nolentibus obedire, adimplere, nec obtemperare prouisionibus, & mandatis Regiis, sui que consilij, cum ad id omnimodo teneantur (maximè cum ad eum huius iuris pertineat cognitio priuatiuè) Diuus Thom. 1. 2. q. 96. artic. 4. Soto lib. 4. de iust. & de iur. quest. 4. artic. 2. colum. 2. in si. cum sequentibus. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus limi. 2. leg. Reg. num. 14. ad si. C. de inoffic. testam. Nauarr. in manual. c. 25. num. 9. Azeued. in l. 13. n. 6. tit. 3. lib. 4. recopil. cuius ea pena est damnare prælatum in temporalibus, & eum vt extraneum habere à Regno, Paul. de Castr. in l. addictos num. 6. C. de Episcopali audientia. l. quicumque. vbi etiam Paul. eodem tit. Guillelm. Benedictus in c. Raynuit. verb. & uxorem 2. num. 155. ad si. & num. 161. & sequentibus. Cened. in collecta ad decret. c. 37. fol. 54. num. 9. Azeued. in l. 13. num. 10. tit. 1. lib. 4. recipi. alios allegat Gasp. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. c. 17. num. 67. plures congerit Bobadi. in polit. lib. 2. c. 8. num. 62. litera A. Pedemont. decis. 30. num. si. ad si. Carol. de Grass. lib. 2. Regal. Fran. iur. 7. col. pen. & nos latè diximus supra lib. 1. cap. 2. à num. 265. cum multis sequentibus. Et ita hoc iure vitimur, quoties non obtemperant Prælati Ecclesiastici prouisiones supremorum tribunalium, quibus iubetur, vt deferat appellationi, & attentata iniuste reponat. quo quidem casu attentè procedendum est. Interim tamen ordinarij curet, omnino conuiescere in causa, nam si ad vltiorem prouisionem beneficij huiusmodi vacantis deuenerit; sciat, vim facere manifestam, ac propterea appellationi ab eo per præsentatum à Rege, seu procuratorem eius interpositæ non derulerit, & reposuerit, in supremo Camera fenatu aduendo per viam violentiæ, eam fecisse, declarabitur; reponique interim omnia attentata, mandabitur, ex his quæ per cap. tuam, de ordin. cognit. & cap. lator. qui filij sint leg. supra dixi à num. 174. cum sequentibus.

Alia est via iure Canonico aperta, huic præsentato à Rege, vt si non instituat ab Episcopo, imò eo negligente, per duos menses à die præsentationis computandos, differat institutionem; potest per viam aditus, seu querelæ recurri ad Metropolitanum, vel ordinarij viciniorum pro nanciscenda institutione. nam licet iure communi attentio, nullum sit tempus præscriptum ordinatio

ad institutionem faciendam presentato à patronis, sicuti præfixum est ad conferendum beneficium ex text. in c. 2. de concess. prebend. tradit Lamber. de iur. patron. lib. 2. 3. p. quæst. 2. (& ex Doctoribus inferius allegandis) art. 6. hodie tamen prædictorum duorum mensium terminus præfixus est à motu proprio Pij V. incipit in conferendis. qui est 20. in ordine, qui loquitur in Parochialibus, & sic ait ad medium: Data tamen in Parochialibus iuris patronatus optione ipsis patronis, vt si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinariis illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differentibus, & possint pro huiusmodi institutione obtinenda; vel vice recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum ordinariarum, vel ad Sedem Apostolicam, &c.) & superius ibi, petatur institui, institutioque ipsa per duos menses, à die presentationis dilata fuerit, &c.) cuius etiam meminit Spino. in tractatu de testam. gl. 4. prin. n. 95.

210 Et hoc presentationis tempus non currit à tempore, quo fit instrumentum presentationis à patrono, quia illa non dicitur presentatio, sed nominatio. Sed quando presentatus offert se in presentia ordinarij personaliter, non alio modo, quoniam ad faciendam institutionem requiritur presentia presentati, vt ordinarius possit examinare illum, & cernere an sit idoneus, & per Rot. decis. 3. de iur. patron. in nouis. Sequitur Zerola in prax. Episcop. 1. p. verb. ius patronatus ad septimum. Lamber. de iur. patron. lib. 2. p. 1. quæst. 4. prin. art. 16. num. 1. & 2. & optime explicat, & profertur plures citans Riccius in prax. Eccles. de iur. patron. decis. 156. facit l. consentaneum C. quomo. & quando index l. 1. in prin. ff. de verbor. obligatio. & an & quando presentatio sit necessaria personaliter, vide quælatè per Nicol. Garc. de benef. 4. p. c. 1. à n. 16. cum pluribus seqq. vbi tractat tam in Parochialibus, quam in simplicibus.

211 At in beneficiis simplicibus alijs extra curata; si ordinarius vel alius habens instituire, aut confirmare, aut conferre beneficium resignata, ex causa permutationis: sit negligens, & differat, seu recuset id facere, cum non sit de iure ei terminus aliquis præfixus, recurrèdum erit ad superiorem, nempe, Metropolitanum, seu Legatum, aut Nuntium, qui tempus præfigat, intra quod id faciat, quo elapso ipse supplebit, vel compellendo, vel instituendo, vel confirmando, &c. tenet Abb. in c. 2. de concess. preben. num. 12. & 13. Roch. de Curt. de iur. patron. verb. honorificum, num. 55. Paul. de Citadi. in eodem tractatu 6. p. artic. 3. num. 103. Rebuff. in prax. benef. tit. de deuolutio. num. 6. & in

concordatis, tit. de Regia ad Prælatum nominatio. §. 1. verb. intra sex menses. Lamber. de iur. patron. 3. p. 2. lib. quæst. 2. artic. 6. & 7. Selua in tractatu de benef. 3. p. quæst. 64. n. 1. & sequentibus. Anastaf. Geimon. de indultis Cardin. Philip. Franc. in c. vnico de rerum permutatio. lib. 6. num. 10. & ibi Zabara. num. 137. Zerol. in prax. Episcop. verbo beneficium §. 3. & verb. ius patron. §. 8. 3. dub. & 2. p. verb. institutio. Azor instit. moral. lib. 7. c. 3. o. quæst. 2. qui loquuntur generaliter & indistinctè in omnibus beneficijs, immemores motus proprij Pij V. cuius supra meminimus, disponentis in Parochialibus, vbi & quod hic presentatus possit ad huiusmodi tarditate Episcopi appellare, vt proximus superior, vel terminum inferiori statuatur ad instituendum, quo elapso & institutione non sequuta, ipse instituat, tenet vltra citatos Francif. Mar. decis. 451. quaritur, de tempore num. 2. & decis. 491. num. 1. p. 1. & per gloss. in c. cum Bertol. de re iudic. & Mandos. conf. 7. sub num. 13. Ioan. Hieron. Campan. diuers. iur. cano. rubrica 11. c. 13. num. 474. fol. 398. & mouentur per text. in c. cum nullus de iur. patron. quem bene in proposito interpretatur Campanill. libi. Landersch. conf. 141. post Roland. conf. 22. à n. 6. volu. 1. Menoch. conf. 59. volu. 3. alios citat Aloyf. Ricc. in prax. Eccles. de iur. patron. decis. 159. per totam.

214 Quæ doctrina intelligenda est, quando ordinarius absque iusta & legitima causa recusaret admittere presentatum, tunc enim à præfata non admissione conceditur appellatio; secus enim si legitima adesset causa, gl. in c. nullus de iur. patron. Archidiacon. in c. 1. 85. d. Gemini. & Fran. in c. 1. num. 16. & seqq. de iur. patron. in 6. Aloyf. Ricc. in prax. Eccles. iur. patron. c. 159. num. 73. & num. 7. qui dicit quod hoc casu non poterit superior instituere, nec inferiorem ad id compellere, arg. text. in c. in liter. 63. d.

Inter causas verò legitimas connumeratur, maximè si presentatus esset persona indigna, quia vltra quod priuantur patroni pro illa vice, iure presentandi, excusatur in super ordinarius illum reiciens secundum Riccium vbi proxime n. 74. qui in causa sibi delegata, ita iudicasse secundum hanc opinionem firmat.

Et hoc remedio multi presentati à Rege vtuntur, imò eo etiam potest vti Camera consilium, vt data hac negligentia, & recusatone in ordinario expediendo seculum Regiam cum relatione casus & negligentia prædictæ, directam vel viciniori ordinario, vel Metropolitanò ipsi, vt presentatum instituat, istaque via mihi magis suaui videtur, & minus proluxa, alia etiam ei via & remedium

218 remedium scilicet appellationis ad nuntium vel superiorem Ecclesiasticum. difficile tamen videtur, ipsum posse se intromittere, quoniam ad reponendum grauamen, de quo conqueritur presentatus de ordinario, necessarium est cognitio de causa, & se informare ex actis; at cognitio iuris patronatus ad Consilium seculare Camera priuariuè spectat, non ad Ecclesiasticum iudicem, cuius iudicium dum se intromittit in simili causarum cognitione; iuste solet declinari, hæcque via iure improbabilis videtur.

219 Sed adhuc defendi potest stylus vulgaris, quo extat introductum appellari ad nuntium ab ordinario non admittente presentatum à Rege, sublata & amota difficultate & inconuenienti relato, & quidem absque cognitione iuris patron. Reg. ex illo capite, quoniam quando iudex secularis, casu quo aliquam à se latam sententiam contra personam, & bona Ecclesiasticaulerit, & pro eius executione requiritur iudicem Ecclesiasticum, vt suum officium, & auxilium impartiat, ipseque proterius sit, & negligens, potest ad superiorem Ecclesiasticum occurrere, vt illum compellat impartiri, & hoc absque noua citatione, & noua inspectione processus facti ab eodem seculari, vt dicit Ill. in l. à Dino Pio. §. sententiam Roma. ff. de re iudic. Couarr. in pract. quæst. c. 10. num. 1. vers. eadem ratione. Auil. in c. 20. prax. verb. usurpan. num. 2. 1. Villalo. in arario commun. opin. liter. 1. num. 165. Azeued. in l. 15. num. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. & sic hoc modo videtur posse sustineri recursus huiusmodi ad superiorem Ecclesiasticum, vt ordinarius compellat institutionem faceat, vel ipse faciat, quod potest (vt supra dictum est) absque eo quod se intromittat in cognitione iuris patronatus Regij, nec in processu fulminato in consilio Camera, sed dumtaxat de intimationibus secularum regalium, & de presentatione, ac de ordinarij responsionibus, replicationibusque, & eius proteruita, negligentia, & contumacia, præfata doctrina argumento. & faciunt simpliciter quæ dixi infra 4. p. c. 5. vers. illud tamen singular. à num. 33. cum sequentibus.

220 Quæfada diuersarum questionum c. 29. n. 13. Couarr. in pract. quæst. c. 10. num. 1. vers. eadem ratione. Auil. in c. 20. prax. verb. usurpan. num. 2. 1. Villalo. in arario commun. opin. liter. 1. num. 165. Azeued. in l. 15. num. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. & sic hoc modo videtur posse sustineri recursus huiusmodi ad superiorem Ecclesiasticum, vt ordinarius compellat institutionem faceat, vel ipse faciat, quod potest (vt supra dictum est) absque eo quod se intromittat in cognitione iuris patronatus Regij, nec in processu fulminato in consilio Camera, sed dumtaxat de intimationibus secularum regalium, & de presentatione, ac de ordinarij responsionibus, replicationibusque, & eius proteruita, negligentia, & contumacia, præfata doctrina argumento. & faciunt simpliciter quæ dixi infra 4. p. c. 5. vers. illud tamen singular. à num. 33. cum sequentibus.

221 Et ad illud, quod dictum fuit, solere declinari Nuntij reuerèssimi iurisdictionem: respondetur, procedere, quando non ad compellendum tantum, se voluit intromittere Nuntius in iuris patronatus Regij cognitione ad petitionem ordinarij, puta, seu ab eo prouisi, excipientis coram eo de iure, & præscriptione ordinarij, & non iuris patronatus Regij, cuius articuli, seu questionis incidentem

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

218 remedium scilicet appellationis ad nuntium vel superiorem Ecclesiasticum. difficile tamen videtur, ipsum posse se intromittere, quoniam ad reponendum grauamen, de quo conqueritur presentatus de ordinario, necessarium est cognitio de causa, & se informare ex actis; at cognitio iuris patronatus ad Consilium seculare Camera priuariuè spectat, non ad Ecclesiasticum iudicem, cuius iudicium dum se intromittit in simili causarum cognitione; iuste solet declinari, hæcque via iure improbabilis videtur.

Et vt huic breui discursui finem imponamus, est illud animaduertendum, vt Reges 223 Catholice Hispaniæ sunt veri patroni Ecclesiarum Cathedralium horum regnorum, ac etiam prælatiarum, & Abbatiarum consistorialium eorundem, iure, antiquaque consuetudine, ac concessionibus, & indultis summorum Pontificum, vt constat ex l. 1. tit. 6. del. Patronazgo real lib. 1. recopil. item etiam affirmant Reges Catholici Ferdinandus, & Elisabet, Toleti anno 1480. vt constat ex l. 3. eodem tit. ad Regiam coronam spectare ius patronatus de algunas yglesias Parrochiales de las montañas que se llaman Monasterios, o ante yglesias, o se legresias. per rationes traditas à l. 18. tit. 5. p. 1. ibi, esta mayoría & honra an los Reyes de España por tres razones: la primera, porque ganaron las sierras de los Moros e hicieron las mesquitas yglesias echaron de y el nome de Mahoma y metieron y el nome de nuestro Señor Jesu Christo: la segunda, porque las fundaron de nuevo en lugares donde nunca las vbo: la tercera, porque las dotaron e demas les hicieron mucho bien, &c.) eandem rationem reddunt gl. in c. Adrianus 2. 63. d. Palac. Rub. in tractatu de benef. vacan. in curia §. 8. & §. 4. idem in introductione rubricæ de donatio. inter virum & uxorem n. 24. Nauarr. in c. nouit. 3. nota. corollario 34. n. 11. de iudicij. c. nobis. & c. specialiter de iur. patron. Bal. in pro-mio decret. verb. Rex parisiens. Bonif. in peregr. verb. electio q. 1. fol. 159. Gregor. Lopez in dl. 18. verb. antiqua. Didac. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordina. colu. 251. Azeued. in l. 1. tit. 6. lib. 1. recopila. glossator regul. Cancell. 40. Couarr. in regul. possessor 2. p. §. 10. num. 5. & 6. Spino in tractatu de testam. gl. 4. n. 13. Quinta. Duen. Ecclesiast. lib. 1. c. 5. num. 4. Canned. in col. 510. decretal. num. 3. Ioan. Gutierrez. pract. lib. 3. q. 13. num. 72. Queued. de patrona. Regie corona. Camil. Boreli. de regis Cathol. presentant. c. 50. ex n. 36. & c. 5. n. 6. & plures citat Bobad. in polit. lib. 2. c. 18. n. 116. litera D. vbi latè, & specificam reddit rationem acquisitionis patronatus Regij eorum beneficiorum, de quibus in d. l. 3. tit. 6. lib. 1. recopil. & superius citati n. 215. meminit etiam prælatiarum, & Abbatiarum consistorialium, iure, & consuetudine,

- ac Apostolicis concessionibus Regibus ius patronatus competere, & apparet ex dictis Bullis, & privilegiis, scilicet Adriani V I. Clementis V I I. & Pauli III. superius relatis.
- 225 Quibus etiam insuper concessa fuere omnia monasteria cōsistorialia horum Regnorum Hispania, vt constat ex d. Bulla Adriani V I. *ibi*, nec non monasteria quæcumque consistorialia, &c.) & idem repetitur ex d. Bulla Clementis V I I. *ibi*, nec non monasteria cōsistorialia) & huius bullæ Adriani V I. facti Caroli V. Hispaniarum Regi, de huiusmodi beneficiorum præsentatione, & iure patro. meminit Nauarr. *in c. nullam* 18. q. 2. & Caud. *de patronat. Regie* c. 2. q. 4.
- 226 Et istud ius patronatus dicitur ius Regale, & inter cætera Principis regalia computatur, firmat Camill. Borelli. *vbi supra* cap. 5. num. 7. & *in num.* 2. 6.
- 227 Circa prouisionem autem Episcopatum Hispania (vt apparet ex dictis iuribus) videtur fuisse varietatem, nam tempore Gothorum electio Episcoporum fiebat ab ipsis Regibus, text. *in c. cum longè* 63. d. quod est Concilij Toletani XII. c. 6. (vbi fuit ita declaratum) & tradit Doctor Villalpando *commentar. in Concilia Toletana* c. 39. & per d. c. cum longè, & *ibi* glo. dicit Guillel. Benedic. *in c. Raynut. decis.* 2. vers. & uxorem nomine, sub nu. 373. *in fin.* & sub num. 376. ad medium, vers. nam idem factum fol. 32. quod per Ecclesiam vniuersalem Hispaniarum, & eius prælatos, Regem Hispania fuisse in effectu redactum ad ius suum eligendi, quod prius habuerat, secundum d. glo. *in princ.* prout contigisset in Regno Francia, vt latè *ibi* refert.
- 229 Postea verò nunciata prius Regi morte Episcopi, & ab eo petita licetia eligendi successorem, electio fiebat à Capitulis, & electio præsentabatur Regi, &c. l. 3. tit. 3. & l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamen. quorū meminit in proposito Palac. Rub. *in repet. c. per vestras in rub. in introductione* num. 25. Nicol. Gar. *de benef.* 5. p. c. 1. sub num. 216. de qua consuetudine loquitur etiam text. *in d. c. cum longè.* & *ibi* Doctores, & *in c. perlectis* 63. d. & *in c. Abbat. 18. q. 2.* & per Compostella. *in c. quod sicut, de electione, colu. ante penult. vers. Principi presentari.* cuius meminit Henric. *in c. nobis, de iur. patron. colu. penult.* Archidiacon. *in c. Reatina Ecclesia* 63. d. vbi quod propter absentiam Regis nuntiationem faciendam fuisse vicem gerenti, Paul. de Liazar. *in repeti. d. c. nobis de iur. patro. Bald. in c. cum consuetudinibus, de consuetudine.* Angel. *in l. adoptio 2. colu. in fi. de adoptio. Sicul. in c. p. & G. de off. delega. 40. colu. & in c. quod translationem, colu. 17. de off. deleg. & in c. ex suscepto colu. 17. de for. competen. quam consuetudinem iuri consonam, repu-*

rat Innocen. *in c. quod sicut, de election.* quem alij sequuntur *ibi*, præsertim Abb. *colu. 3. & in c. 1. colu. penult. & in c. cum terra in fi. de electione.* & est text. secundum vnum intellectum *in c. cum inter vniuersas, ibi*, mandamus quatenus inuocata in Spiritu sancti gratia personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumatis ad regimen Capuanæ Ecclesiæ, consequenter ad audientiam nostram nuntios idoneos transmisuri, per quos à nobis vice Regia postuletis assensum, & Apostolicæ confirmationis gratiam requiratis) ad idem text. *in d. c. cum terra* *ibi*, quo factò non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerint, requiratur assensus.) text. *in c. innotuit de electione, text. in c. quod sicut, eodem tit. ibi*, cum in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium Regiæ dignitatis, quia non simplex nominatio, sed solemnis electio debet Principi nuntari, &c.) & etiam est text. *in d. c. Reatina, & in c. perlectis, & in c. nobis, & in c. principali. & in d. c. cum longè* 63. d.

Nunc verò præsentatio fit à Rege, iuxta *231 d. l. recopil. & notant Gregor. Lop. in d. l. 18. tit. 5. p. 1. Bobadil. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 223. Nicol. Gar. de benef. 5. p. cap. 1. num. 216. in fi. & ideo bene dicit gl. in d. c. cum longè.* quod nihil hodie subtrahitur Regi Hispania, quia sicut prius eligebat, & nominabat, ita & nunc. tonet etiam Restaur. *in tract. de Imperatore quest. 100. num. 16. Conrad. in templo iudicum lib. 1. cap. 2. §. 3. num. 14. Ioan. de Selua in tract. de benef. 2. p. quest. 23. num. 44. Corfet. in tract. de potestate quest. 55. cum aliis per eos allegatis, Mart. tract. de iuris. d. 2. p. cap. 40. num. 13. fol. 261.*

Qui num. 14. dicit Ecclesiam Romanam magno prosequi fauore Regem Catholicum, qui propter suam, & suorum ministrorum religionem ea maiori fruitur potentia, ditione, & magnitudine, quam nemo hucusque Rex, vel Imperator fuerit consequutus, de cuius Regnorum & statuum titulis scribit Sebastian. Munsterus *in cosmographia vniuersali de Hispania cap. 2.*

Et huius iuris Regij patronatus præcipuum fundamentum esse priuilegium Apostolicum, quod habent Reges Hispania, de quo *in d. l. 1. recopil. firmat Nicol. Gar. vbi proxime d. 5. p. cap. 1. cap. 2. 17.* quod vidisse testatur Gregor. Lopez *vbi supra*, & meminit Palac. Rub. *in repeti. rub. in introductione sub n. 34.* circa principium, & dicitur in bullis Episcopatum, & pensionem super eis impositurum secundum Garciam *ibi*, refert etiam Pater Mariana *in historia Hispan. cap. 16. ad fi.* vbi ait, quod cum super hoc fuisset contentia, Sixtus I V. concessit perpetuò Regibus

- bus Castellæ, quòd ad Episcopatus eligerentur per eos nominati, & petiti, de quo etiam *lib. 5. cap. 5. & lib. 26. cap. 5.* ait quòd Papa Adrian. V I. concessit Carolo V. Imperatori Regi nostro, & eius successoribus ius præsentandi Episcopos Hispania, qui antea prouidebantur ad supplicationem Regum, de quo etiam meminit Gil. Gonzal. *in sua historia de Salamanca lib. 3. cap. 18.*
- 237 Et quales, quòtque Archiepiscopatus prouideat Rex Catholicus noster inuictissimus tam in Hispania, & Lusitania: quam in Neapolis Regno, & in Sicilia, & in Regno Sardinia, & in ducatu Mediolanensi, speciatim refert Marta *in tract. de iuris. d. 2. p. cap. 40. num. 15. fol. 261.* vbi singillatim refert à principio d. cap. omnes ferè Principes, & Reges Christianæ Religionis, simile habere priuilegium, vt de Rege Apulix, Imperatore, Rege Neapolis, Rege Vngariæ, Normandiæ, & Angliæ, Franciæ, & Hispaniæ. latè prosequitur post plurimos Doctores ab eo citatos Mart. *d. cap. 40. per totum, & Selua de benef. 2. quest. 23.* Restaur. *tract. de Imperatore q. 100.*
- 239 quod modò omittit liber. Imò de iure cõmuni omnes Reges maiorum Ecclesiarum sui Principatus affirmant, esse patronos, Archid. *in c. perlectis* 63. d. Bal. *in c. quanto de iudi. colu. ult. & in proemio Rex pacificus colu. 2. Anton. Corfet. in tract. de excellentia Reg. q. 34. Couarr. in regul. poss. 2. p. §. 10. num. 5.*
- 240 Causa enim huius Regiæ præminentia, origòque & principium illud præcipuum (dempra fundatione, & dotatione) esse potest, quoniam de iure Rex potest obicere, quòd Episcopum electum habet suspectum, quo probato electio retractanda est, vt dicit Innocen. *in c. super his de accusat.* refert Ab. multis in locis, & dicit singulare *in d. c. super his colu. 3. & in cap. 1. de electio. Fel. in d. c. super his.* vbi multos citat Gemini. *in c. in no. colu. fi.*
- 241 21. d. etenim & regis interest, nosse qui sint, qui Ecclesias intra eius prouincias sunt administraturi, sicuti adnotarunt dicti Doctores Ab. *in c. ex parte de restit. & in c. quod sicut de electio. gl. in c. 62. d. Corfet. in tract. de exul. regis quest. 11.* Ioan. Selua *in tract. de benef. 2. p. quest. fi. Guillel. Benedic. in c. Raynut. in verbo & uxorem nomine num. 367. de restam.* Ioan. Igneus *in repeti. l. necessarios §. non alias n. 331. & seqq. ff. ad Syllania.* Ioan. Ferrat. *in tract. de insigni. pecul. Regum Fran. 9. iure.* Carol. de Grassal. *lib. 2. Regalium Franc. in 3. Cassaneus in casal. glor. num. p. 5. consideratio. 24. num. 294.* Petrus à Sancto Blasio *in directorio electio. p. 1. cap. 6. Couarr. in repeti. regul. possessor. 2. p. §. 10. sub num. 5. Marta tr. de iuris. d. 2. p. c. 40. n. 26. & 27. fol. 262.* de quo per nos latius agendum est commodiori loco infra 5. p. cap. 1.
- dum de bullarum retentione erit explanandum 3. tom. indies (Deo dante) edendo.
- Hinc reprehensione digni sunt Ioan. Igneus *242 in repeti. l. necessarios §. non alias num. 336. ff. ad Syllanianum.* & ante eum Ioan. Ferrald. *in tract. de insigni. Reg. Fran. iur. 3.* assuerantes Hispaniarum Reges hoc ius eligendi, & nominandi Prælatos habuisse ratione concessionis, quæ Carolo Magno Imperatori ac Gallicano Regi concessa fuerat.
- Quod quidem euidenter falsum esse, probant magni ac fide dignissimi nominis Doctores ex historijs, & Chronicis, prout Carolus de Grassalis *lib. 2. Regalium Francia. in 3. contra Ferraldum,* non tamen citato Igneo, latissimè Couarr. *in prelect. regul. possessor. 2. p. §. 10. a num. 16.* qui ad fi. etiam id firmantem refert Lugdunensem ad edictum Henrici Regis *p. ult. num. 39. & seqq.* nouissimè Camill. Borelli. de Regis Catholici præstantia *cap. 50. ex num. 36.*
- Dicit itaque Quintana Ducñas *in suo 244 Ecclesiasticon. lib. 2. cap. 5. fol. 46. & 47:* hanc consuetudinem nominandi prælatos esse iam immemorabilem, etiam ante natiuitatem Caroli Magni, quoniam siue accipiamus computationem temporum, quam facit Couarr. vbi supra, habito respectu & principio à tempore, quo celebratum fuit prædictum Concilium Toletanum, secundum quod firmat Couarr. prædictum Concilium præcessisse natiuitatem Caroli Magni ferè sexaginta ann. eius autem principatum plusquam octuaginta. siue autem accipiamus computationem factam per Camill. Borelli, vt scilicet Concilium Toletanum præcessisset imperium Caroli Magni, & per centesimum vigesimum vnum annum antea.
- Hoc enim modo hanc computationem facit Couarr. *d. n. 6. in hæc:* Hoc verò ius seclusa præscriptione, semoto item Romanorum Pontificum priuilegio deducitur Concilio Toletano XII. c. 6. etenim sub Agathone aut Leone II. Romano Pontifice anno 1. Eruij Gothorū Regis, qui Hispanias obtinebat natiuitatis Domini Iesu Christi anno 785. auctore Roderico Archiepiscopo Toletano *lib. 3. cap. 12.* qui ex Æra Cæsaris annum computauit septingentesimum vigesimum tertium.) & hanc computationem latissimè prosequitur ipse.
- At Camill. Borelli. *ex d. n. 36.* dicit, quòd præsentandi, ius & nominandi prælatos fuit anno circiter 679. in anno primo Agathonis Papæ, quo tempore fuit facta illa declaratio Concilij Toletani, in quo supponitur longo antè tempore, Regibus Hispania ius illud competisse, & cum illud concilium fuisset

fuiſſet in primo anno Regis Eruiſij, qui tē-
pore Agathonis Pontificis regnauit dicto
anno 679. & sic per centum viginti vno cir-
citer annos, antequam Carolus Magnus
potiretur Imperio, & ſequitur Quintana
Dueñas ubi ſuprà, dicit hanc conſuetudi-
nem nominandi prelatos eſſe immemoria-
lem ante natum Carolum anno 695. tem-
pore Regis Eruiſij Gothorum, vt tradit
Alphonſ. de Carta. Archiepiſco. Burgienſ.
*in anacephaloſi Hiſpanorum Reg. cap. 40. &
Roder. Arch. Tolet. de regib. Hiſpan. lib. 3. c. 12.*
Ioan. Magnus Archiep. Vpſalenſ. *in Hiſtoria*
247 *Gothorum lib. 16. cap. 23.* itaque quacumque
computatione admiſſa, ſunt concordēs om-
nes, vt ad minus 80. annos ante Caroli Im-
perium, præceſſiſſe Toleranum Concilium,
clarèque falli, & decipi Igneū & Ferradum.
248 Reducendo igitur ad beneficia conſistoria-
lia, de quibus in dictis indultis, & priuile-
gijs Pontificalibus ſupra adductis, atten-
de, quòd licet beneficia conſistorialia in du-
plici genere reperiantur, alia appellantur
conſistorialia, quia reperiuntur ſcripta, &
annotata in libris Camere inter Conſistoria-
lia, ſed de illis ex conſuetudine non prouidetur
conſistorialiter, hoc eſt, in conſistorio
Papæ, vt tradit Caputaq. *deſiſ. 17. & deſiſ. 19.
lib. 1. Flamin. Parif. de reſign. benef. lib. 8. tom.
2. queſt. 6. num. 1. & 2.* alia ſunt conſistorialia
249 beneficia, hac ratione ita dicta, quia de eis
diſponit Papa in conſistorio coram Cardi-
nalibus, Lopus *alleg. 44. colu. 2. latè Mandof.
in regul. de annal. queſt. 16. num. 2.* Rebuf. *ſu-
per concord. ad prel. nominat. ſic. verſ. con-
ſistorialiter.* Staphil. *de licet. gratie §. decem.
num. 67. verſ. quia.* Petr. Gregor. *Syntagmate
iur. lib. 15. cap. 4. num. 15. Sarnet. in regul. de
annal. queſt. 24. Mohedan. deſiſ. 140. Put. de-
ciſ. 502. lib. 2. & Gloſſator Hiſpanus Soto
& Rebuf. & etiam Mandof. in regul. 2. Can-
cellarie, quæ quidem beneficia conſistoria-
lia ſunt monaſteria virorum, ita docet Lu-
dovicus Gomez *in regul. de ſubrogandis q. 15.
ad ſi. Caued. etiam de Patronat. Regia corone
cap. 24. num. 1. Mandof. in regul. 2. Cancellaria q. 3.
& non ſolum ſunt monaſteria, ſed abbatia,*
251 prioratus, & aliorum Regularium præfe-
cturæ virorum, vt declarat Flamin. Parif. *de
reſignatio. lib. 8. d. tom. 2. queſt. 5. ſub num. 6. &
ad ſi. 25.* hac omnia quæ de promouendis,
& eadem Flamin. *ibidem queſt. 6. num. 3.*
252 Et nota, quòd horum monaſteriorum, &
aliorum beneficiorum conſistorialium valor
æſtimatus, & taxatus eſt in libro conſistoria-
lium. & ipſe valor attenditur in impetra-
tione illorum, iuxta quem fit compoſitio
annatæ, vt latè Gomez. *in regul. de valor. ex
prin. in impetra. benefic. queſt. 3. ad fin.* clariùs*

per ipſum Gomezium *ibi in præſatione verſ.
ſed vterius præmittendum, &c.* attende vlte-
riùs quòd Clemens VII. per vnam Regu-
lam Cancellaria, quæ eſt 2. in ordine, quam
ad literam adducit Nicol. Garc. *de benef. 5. p.
cap. 1. §. 4. in prin.* aliud agens, referauit ſibi
horum beneficiorum conſistorialium mona-
ſteria virorum, non omnia, ſed illa dum-
taxat, quæ excedunt valorem annuum du-
centorum florenorum auri communi æſti-
matione, *ibi,* nec non omnia monaſteria vi-
rorum valorem annuum ducentorum flo-
renorum auri communi æſtimatione exceden-
tium, & voluit, quòd exceſſus huiusmodi
in literis exprimat, & c. de qua Regula
vltra Gloſſatores ſcilicet Hiſpanum Sotum,
Rebuffum, & Mandofium *ibi ad id eam re-
fert Gomez in regul. de ſubrogand. col. queſt. 15.
ad ſi. & idem in regul. de valore exprime. q. 3.
ad ſi. apud quem ibi in præſatione d. verſ. & ſub
eadem moneta, &c. & iterum in queſt. 9. ante ſi.
§. conſequenter. text. hic, videre poteris de
origine, & genere huius monete floreni, &
de vario eius valore, & quòd in Camera
Apoſtolica in taxis pro ducato de camera
capitur, & alia multa de hac moneta floren-
norum *ibi vide.**

Et aduerte, quoniam multi doctiſſimi hu-
ius regulæ, & doctorum ſumpta occasione
faſo aſſuerant, vt beneficia conſistorialia
eſſe monaſteria, & ſimilia ſupradicta, quæ
excedunt valorem ducentorum florenorum
auri, quoniam in huiusmodi beneficijs con-
ſistorialibus non eſt appoſitus valor nullus,
ſed omnia monaſteria virorum Abbatia,
prioratus, & c. ſunt de iure conſistorialia, &
per conſistorium prouidenda, cuiusvis va-
loris eſſe contigerit, vt expreſſè colligitur
ex eademmet regula Cancellaria, dum re-
feruauit Pontificis prouifiõis ea omnia mona-
ſteria excedentia illum valorem prædi-
ctum, ita vt alia omnia monaſteria ad il-
lum non accedentia, ſed imò minoris ſunt,
vt non reſetuata remaneant conſistorio, vt
antea, & ſic dicas, quòd beneficia conſistoria-
lia non requirunt aliquam ſummam, &
valorem, vt talia dicantur, & taxa horum
beneficiorum poſita in libro conſistorij non
eſt facta, vt tanti, vel quanti eſſe debeant be-
neficia conſistorialia, ſed verus valor, & æſti-
matio vniuſcuuſque beneficiij, ſiue magna
ſit, ſiue parua, *ibidem eſt appoſita, vt ſciatur,
& cognofcatur quãtitas annatæ præſtandæ,
vt per Gomez. ubi ſuprà in d. regul. de valore
ex prin. d. q. 3. ad ſi.* itaque non in valore con-
ſiſtit beneficium eſſe cõſistoriale, ſed in eius
qualitate, ſcilicet: an ſit monaſterium viro-
rum & ſimiliter.

Attende in ſuper, quòd cum de iure om-
nia

nia monaſteria virorum, Abbatia, Prioratus,
& aliorum Regularium præfecturæ ſint prouidenda
in conſistorio Papæ, & ex hoc di-
cantur beneficia cõſistorialia ex ſupradictis:
non ſequitur, nec eſt bonum argumentum:
hoc beneficium non eſt ſcriptum in libro,
vel à conſistorio nõ fuit hætenus prouifum,
257 ergo non eſt conſistoriale. potuit enim pro-
babiliter non omnium dictorum beneficiorum
habere notitiam ſummus Pontifex, &
ſic nunquam illa prouidiſſe, & per confe-
quens nec eſſe ſcriptum in libro, non enim
hoc præiudicat veritati, vt quotieſcumque
contigerit, conſtare, & apparere, aliquod be-
neficia eſſe, vel fuiſſe monaſterium viro-
rum, prioratum, vel Abbatiam: vt poſſit conſistorialiter
prouideri. ſufficit enim, vt ſit il-
lius qualitas, vt conſistoriale dicatur. non
enim in prouifiõne beneficiij conſiſtit, eſſe
conſistoriale, ſed in natura, & qualitate eius.
pro quo eleganter facit, quod dicit Flamin.
258 Parif. *de reſignatio. benef. lib. 2. queſt. 2. num. 9.*
quòd ſi aliquis dicat de beneficio, quòd eſt
conſistoriale, non conſueuiſſe conſistorialiter
prouideri, ei incumbit onus probandi,
teſtaturque ita fuiſſe in Rota determinatum
in vna Nolan. 2. Iunij anno 1559. Caputaq.
*deſiſ. 17. lib. 1. ex quo conſtat, quòd etſi be-
neficia non prouideantur conſistorialiter, ni-
hilominus conſistoriale eſſe, ſi ſit generis, &
naturæ beneficiorum conſistorialium, mo-
naſteria virorum ſcilicet, quemadmodum &
de conuerſo, non omnia beneficia, quæ ſunt
ſcripta in libro Conſistorij prouidetur con-
ſistorialiter, quia multa ſunt in eo ſcripta,
quæ nihilominus ita non prouidentur, ſed
vt alia cætera, vt tradit Caputaq. *deſiſ. 19. lib.
1. & d. deſiſ. 17. Flamin. Parif. ubi proximè nu-
ro. idem Flamin. Parif. de reſign. benef. lib. 8.
tom. 2. q. 6. num. 1. & 2.* maxime quia de iure
ad probationem ſcriptura non requiritur,
niſi in caſibus ſpecialiter ab eo expreſſis, vt
vulgare eſt.
261 Quod & comprobatur in ſuper, nam licet
aliqua Eccleſia reperiat deſcripta in Cata-
ſtro Epifcopi inter Eccleſias collegiatas,
nihilominus non habetur pro collegiata,
quia deſcriptio illa non probat Eccleſiam
collegiatam, iuxta ſententiam Barbatæ *in
conſ. 17. præclare conſil. 17. n. 3. & 4. volu. 1. arg.
l. non ob hoc C. unde cognati l. non nudis & l. nec
natales C. de probatio cui ſententiæ proculdu-
bio conuenit, quòd traditum eſt ab Ab. poſt
alios in c. dilecta de exceſſib. prel. Aquil. deſiſ.
100. optime Maſcar. de probatio. tom. 2. concl.
262 D L X X I V. num. 11. vbi etiam congerit
multa ſigna, per quæ Eccleſia probatur, ſeu
præſumitur collegiata.
263 Et ita communis eſt ſtylus, & praxis in**

Hispania, quòd ad hoc vt beneficia dicantur
conſistorialia, aliquem valorem non re-
quiri, nec ſcriptum eſſe in libro Conſistorij
Romanæ Curia, ſed ſufficiat realiter con-
ſtare, ac apparere eſſe, vel fuiſſe monaſte-
rium conuentuale virorum, vt intrent pri-
uilegia, & indulta Romanorum Põſificum,
concedentium horum conſistorialium ius
patronatus Catholicis principibus Hiſpaniæ,
& ita pluries fuit in eius fauorem deter-
minatam, & ſententiarum in conſilio ſupre-
mo, & cancellaria Valiſoletana in multis
cauſis prioratum, habitis priùs fide dignis
informationibus, ac inſtrumentorum & teſti-
um literatorum, & fide dignorum Curialium
præſentatis à procuratoribus Caſarij
patrimonij attento ſtylo Romæ, etiam ſi ex
aduerſo fuiſſet probatum, & authenticè verifi-
catum, prædictos prioratus & Abbatias
non eſſe ſcriptas in libro conſistorij, de quo
ſunt plures informationes & ſententiæ, &
executoriales apud ſecretariũ Camere Regiæ,
ex quibus omnibus inſtrumentis, bullis, &
proceſſibus, informationibus, Cartis Regis,
ſententijs, relationibus, & executorialibus,
vtriuſque tribunalis tam cõſilij ſupremi iu-
ſtititiæ, quàm Cancellariæ Valiſoleti fide di-
gnam ſcripſit, reddiq; relationem ad man-
datum conſilij Camere ſecretarij Franciſcus
Gonzal. de Heredia illius ſecretarij, &
vir nimis fidelitatis, ac vitæ exemplaris, quæ
relatio præſentata fuit, & exhibitã ipſi con-
ſilio. teſtatur itaque, cuiusmodum eſt pro parte
Caſaræ maiestatis prioratum S. Ioann. de
Gauciro, Prioratũ S. Mariæ de Sar, & Prioratũ
Breami, omnes diceceſis Compoſtellanæ,
ac pariter prioratum de Iumqueira de
Anbia Auriensis diceceſis, ſancti Michael.
de Deſcalada diceceſis Legionenſis, & Abbatiam
Burgi-hondo diceceſis Abulen. Abbatiam
S. Mariæ de Aguas fantas diceceſis
Auriensis, Abbatia de Caba-donga diceceſis
Obetenſis, & beneficium quòd vocant com-
mendam Monasterij *de nueſtra Señora de Ca-
ſtellanos*, Hoſpitalis S. Mariæ de Hiermo, &
nuac recuperata eſt Abbatia de Camba
diceceſis Auriensis, & alia plurima ſunt be-
neficia in quibus nunc de nouo per recupe-
rationem quotidie præſentat Caſarea ma-
ieſtas, præſertim in hoc Gallogræco Regno,
quorum lites nũc pendunt. Prioratus etiam
S. Mariæ del Campo ciuitatis Concinz dice-
ceſ. Compoſtel. recuperatus eſt.

Et quales ſint præſumptiones legitima, **266**
& adminicula probandi ius patronatus in
antiquis, vide multa, optimaque, & eleganti-
a poſt Lambertinum, & plurimos alios
Maſcard. *de probatio. 2. tom. concl. 959. & concl.
960. verb. ius patronatus. & concl. 12. 17. & ſeqq.*
quos

quos referens sequitur Cavedo in tract. de patro. Regie corone cap. 34. per totum.

267 Vnum tamen te aduerto, quod sacra Catholica maiestas non indiget iis presumptionibus, quibus probatur ius patronatus, de quibus per eos Doctores: quoniam ipse non tractat de probanda prescriptione iuris patronatus, quia hoc illi negans audiendus non est, cum illud satis habet fundarum ex tot privilegiis, & consuetudinibus in beneficiis consistorialibus suorum regnorum: sed tractat dumtaxat verificare, qualia sint, vel fuissent huiusmodi beneficia, quae est multo minus rigorosa probatio, & hoc cum simus in antiquis, seu etiam antiquissimis, ad praesumptiones, adminicula, & famam erit recurendum.

269 Et sic inspicendum est, an Ecclesia de cuius recuperatione ad Regiam coronam tractat, habeat arma regalia, vel aliqua similia Regalis insignia, quae monstret, fuisse alicuius monasterii virorum, iuxta illud Luc. 20. Ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem & inscriptionem; & respondentes dixerunt Caesaris; Et ait illis: Reddite ergo, quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei Deo. l. qui libertatem §. vlt. & l. si. ff. de oper. publi. quoniam haec in antiquis non contemnendae auctoritatis, & probationis sunt, ut loquendo in antiquo iuris patronatu dixit plures allegans Zerol. in prax. Episcop. 1. p. verb. arma §. 2. late Menoch. de praesumptio lib. 3. praesump. 137. n. 31. post Ripam.

271 & idem in lib. 6. praesumptio 73. num. 8. cum res eius esse praesumitur, cuius est signum, & marcha, l. quod signata C. de fabricens. lib. 10. l. quod sine qua ff. de pericu. & commodo rei vind. 272 & ex eo arguitur dominium, Boeri. decis. 105. num. 9. Genuens. decis. 201. num. 3. Mascari. de probatio. concl. 157. num. 3. Perez de Lara de anni. & Capell. lib. 1. cap. 7. num. 36. & seqq. late prosequitur Menoch. de praesumptio lib. 3. praesumpt. 64. & quilibet insignis artifex potest prohibere, ne alius suo signo vtatur, tradit Auenda. lib. 1. de exeq. man. cap. 19. num. 32. Matiens. in l. 6. tit. 12. gl. 1. 2. & 3. lib. 5. recopi. Anton. Gomez in l. 45. Tauri num. 77. Lara ubi proxime.

274 Item maximi momenti est & probationis Epitaphia, seu literae scriptae in lapidibus antiquis, quibus adhiberi fidem testatur Brixian. de finibus regundis cap. 67. num. 2. qui loquitur in lapidibus Ecclesiae, & etiam Zerola. in prax. Episcop. 1. p. d. verb. arma §. 2. Bat. conf. 135. Guid. Pap. quaest. 341. num. 3. Perez de Lara in tract. de capellanis. lib. 1. cap. 25. n. 33. facit glos. in c. cum causam. ibi, columna vel lapide. de probatio.

275 Et loquendo in iuris patronatus antiqui

probatione, consuluit Bal. conf. 320. volu. 5. Mascari. de probationi. concl. 958. num. 28. tom. 2. ubi plures allegat. & Menoch. de praesumptio lib. 3. praesumptio. 90. num. 10. & d. praesumptio. 73. num. 7. Vbi loquitur de inscriptione in lapidibus, parietibus, & monumentis Ecclesiae. Et procedit, quoad ius patronatus ipsius nominati & scripti, & descendendum ab illo causam habentium, vel quando aliam dicta Epitaphia mentionem faciunt de familia, probant legitime, Lamberti. de iur. patro. 2. p. art. 4. quaest. 10. prin. lib. 2. num. 11. & art. 10. quaest. 9. num. 2. Mascari. de proba. ubi supra n. 2. Caved. de patronat. Regie corone cap. 34. n. 10.

Et generaliter loquens de inscriptione in lapidibus, & monumentis, & parietibus antiquis positus in loco publico, ut his etiam in magnum praedictum alterius fides adhibeatur, sitque plena, & perfecta probatio, optime & late examinat Menoch. ubi supra lib. 2. praesumptio 59. post gl. in c. cum causam. de proba. Speculat. in tit. de probatio. §. videndum vers. restat nono. Immol. in cons. 60. Decius conf. 135. colu. 1. Purpura. in l. 1. n. 155. ff. si cert. peta. Bar. & Bal. in l. monumentorum C. de religi. & sump. fun. Calcaneus conf. 99. n. 8. Marti. in rubr. C. de probatio. num. 191. Alua. in cons. 64. n. 27. Crauet. in tract. de antiq. tempo. in 1. p. prin. num. 12. & 14.

Item etiam historiis, & Chronicis fides maxima adhibenda est circa hoc, iuxta l. 1. ff. de off. consu. Caputaq. decis. 190. 2. p. Zerol. in praxi Episc. d. 1. p. verb. arma §. 2. Roderic. Suar. allegatio. 8. num. 21. Tiberius Decian. conf. 21. num. 19. volu. 1. Hiero. de Monte Brixiano de finibus regundis cap. 62. num. 6. Baraon. in additio. ad Palacium Rub. in rub. de donatio. inter. introduct. num. 2. litera A. Auill. in c. preto. in proemio verb. 7. Reina num. 9. Mascari. de proba. concl. 287. Ioan. Garc. de nobil. gl. 18. n. 10. Lafarte de Gabell. in praesertione n. 23. & 25. & quod ius patronatus antiquum probetur ex antiquis annalibus, eiusque esse credendum, dicit Rip. in l. 1. num. 73. ff. si cert. peta. & ibi Purpurat. num. 30. & 54. idem Rip. in c. cum Eccles. num. 97. de caus. poss. & propriet.

Et vnum non omittas, quod dicit Vallas. de iur. Emphyteu. quaest. 19. num. 26. vers. rursus cum dico. obtinuisse in causa ardua, quasdam Ecclesias ad ius patro. Regium pertinere ex eo dumtaxat, quod in libro censuali posito in archiuo Ecclesiae maioris Episcopatus Conimbren. ubi scriptae erant Ecclesiae, & reperiebatur scriptum in margine libri (Regis est) nec profuisse possessori ducentenarium, nec etiam immemorabilem prescriptionem probatam, cum in patronatibus regis non currit praescriptio. Sequitur Caved. ubi supra quaest. 34. num. 3. & 5. ubi ab id citat Rebuf.

Rebuf. in 4. tom. ad leges Gallic. tit. de mater. possess. in praesertione num. 133. qui declarant ibi, quando tales libri antiqui, quibus communiter creditur, vel reperiantur in loco, ubi solum seruatur authenticae scripturae, esseque ita articulandum.

283 Ex quibus deducitur, quod licet superius dixerimus, in bonis maioratum praescriptionem locum habere immemorabilem, fallit, quoties constat ex initio, aliqua bona esse maioratus, siue ex incorrupta & indubitabili fide testium, vel ex scripturis authenticis, non erit locus praescriptioni in talibus bonis, etiam si sit centenaria, ut late probat post alios Mieres tract. de maiorat. 4. p. quaest. 21. num. 53. & supra a num. 49. & fulcitur ex doctrina Auendan. in tract. de exequent.

284 mand. 1. p. c. 12. num. 6. fol. 85. ubi tradit, quod quandiu constat, quod bona sunt de platea, vel de fossa, vel exitu ciuitatis, sunt impraescriptibilia, praesupposito & constituto quod talis sit platea tam ampla, subque talibus conditionibus. nam constituto de qualitate ex ipsa rei natura, res est impraescriptibilis, sequitur Mier. ibi n. 52. vide supra a num. 149.

285 Et generaliter quod immemoralis praescriptio non suffragatur, quando constaret de inualido, & iniuncto principio, atque infecto titulo, quia tunc nihil operatur, quantumvis legitime probata fuerit immemoralis, probant Paris. de confiden. quaest. 28. Gonzal. in regul. de alterna. gl. 18. num. 48. Triuif. decis. 55. num. 69. Ricci. in prax. Eccles. iur. patro. decis. 144. num. 18. ubi dicit sacram congregat. Concilij ita censuisse. Veral. in decis. 214. p. 3. Crescent. in decis. 21. n. 4. de probati. Card. Put. decis. 189. num. 5. lib. 1. & in decis. 222. lib. 3. & decis. 436. lib. 2. Rot. diuers. in decis. 73. 1. quia cum constet de veritate infecti tituli, & principij, & sic simus in claris, cessat praesumptio, quae ex praescriptione immemoralis resultat, ex Doctoribus citatis, quia etiam loquuntur in iure patronatus, exemplificat Riccius post Gonzal. supra.

287 Cessat etiam praedicta immemoralis praescriptio, & effectus, quando constaret de mala fide ex cap. 1. de praescriptio. d. c. si eodem tit. prout decisum refert Minsinger. centur. 1. obferu. 30. lafred. in decis. 69. Balb. de praescrip. p. 3. tit. de bona. fide quaest. 6. Riccius in praxi iuris patronatus d. decis. 144. sub num. 18. vers. secundus est casus.

288 Hinc inutile non erit, querere, an ius patronatus pertinens Regie corone & donatum a Rege alicui personae, siue Ecclesiae, an retineat suam primaeuam naturam patronatus Regij. In quo duo sunt casus distinguendi, nam aut haec donatio est absolute & simpliciter facta, nihil iuris per Regem retentum in eo. & tunc dubium non est, amittere suam primaeuam naturam, & variari, regularique secundum naturam, & qualitatem donatarij, text. optimus in c. unico §. si. de iur. patro. in 6. Rochus de Curt. verb. ius. q. 7. num. 14. Lamberti. de iur. patro. lib. 1. quaest. 1. art. 8. Rebuff. in prax. beneficia. tit. de praesentat. nu. 5. & 7. & 3. p. signatura. verb. nec non iuris patronatus num. 8. Crescent. decis. 3. de iur. patro. Duare. de sacris Ecclesiae minister. lib. 5. cap. 4. Didac. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordina. gloss. 1. Spino. in speculo testam. glo. 4. nu. 16. Mandos. in regul. 1. Cancellaria. quaest. 10. num. 6. Couarru. in practi. quaestio. c. 36. nu. 2. & 5. Flamin. Paris. de resigna. benefic. lib. 2. q. 4. num. 39. dicentes omnes, quod, etsi aliquod ius patronatus originem habuerit ex patrimonio laici, & per consequens quod sit laicum; si tamen fuerit, vel ab initio, vel postmodum fundatione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclesiam translatum, aut in capitulum, seu collegium Ecclesiasticum, vel aliquam personam Ecclesiasticam; erit omnimodo huiusmodi ius patronatus Ecclesiasticum, & amissa sua primaeua natura.

Quod & insuper probatur; nam licet Papa mihi concesserit castrum de plenitudine potestatis, poterit nihilominus contra me praescribi, quia mea possessio non est papalis, ita docet Bald. in repeti. l. 2. colu. 5. in 7. q. C. de seruitu. & aqua. ad quod allegat text. in l. sed etsi restituatur ff. de iudi. & ut singulare commendat B. in tractatu de praesentia Card. in 2. p. 1. p. colu. 1. Soci. consil. 93. circa primum colu. 6. vers. ad quintam rationem allegans l. si fundum per fideicommissum §. si. cum ibi notat. de leg. 1. l. cum patronus de leg. 2. late Philip. Decius alios allegans & declarans in l. in omnibus causis ff. de regul. iur. & cons. 48. incipit privilegium immunitatis, alios ad idem gerit Tiraq. in tract. de caus. cessante a nu. 217. moti omnes ea potissimum ratione, quia per variationem, & mutationem personae, alteratur, & variatur privilegium, & optime conducunt ad propositum, quae post alios dicit Nicol. Boer. decis. 256. Auend. de exequent. manda. 1. p. cap. 1. sub num. 21. vers. quibus possit accommodari, & duobus praecedentibus, quibus constat, quod qualitas Regia non transit cum re in privilegium donatarium, ubi plures allegat. & ideo iurisdicatio Regis licet non possit ultra immemorabilem praescribi, tamen contra priuatum, in quem ex privilegio ab ipso Rege translata est, tempore ordinario praescribitur, quod late comprobatur. Sed an princeps possit hoc ius patro. concessum a summo Pontifice in beneficiis consistorialibus alicui donare, latius examinabimus infra 5. p. tom. 3. propediem edendo.

296 Aut enim hæc à Rege donatio facta fuit iuris patronatus, non est absoluta, & simplex, sed in emphyteusim ad duas, vel tres vitas, vel in perpetuum in feudum, iuxta notata per Aluarum Vallas. *de iur. Emphyteu. quest. 50. num. 2. 3.* & latè Lamber. *de iur. patro. 7. q. prim. 2. p. lib. 1.* vbi disputat post alios, an & quando ius patronatus in feudum dari possit, & cum articulis sequentibus eiusdem quæstionis, & an in Emphyteusim, etiam vide eundem in *8. q. prim. 2. p. lib. 1. art. 4.* puta quando adhæret castro vel villæ Regiæ in feudum concessæ, tunc cum directum dominium (vt ita dicam) remaneat penes Regem ipsum, & in coronam incorporatum, iuxta totam tit. *C. de iur. emphyteu. & in decretal. de feudis, in testam. de feud. in vsibus feudorum*, tunc arbitror, tale ius patronatus retinere suam primæuam, & originalem naturam, & vt bona Regiæ coronæ regulari, ita dicit Caud. in *tract. de patron. Regiæ coron. cap. 4.*

297 num. 6. & hoc casu causa, à qua procedit origo, attendenda est, *ad idem 1. de electio. cum ipsa causa adhuc duret, illud siquidem quod contingit ex causa de præterito, ad tempus*

298 causæ primæ, & præteritæ referendum est. *l. in ratione. in prin. §. Imperator ff. ad l. Falcatiam. l. Pompon. 2. de negotijs gestis latè Rodrig. de reddit. lib. 2. quest. 17. num. 2. 5. per totum.* & ita etiam ex ratione à nobis superius tradita dixit idem Caud. *ibi quest. 5. num. 3. & 4.*

299 quod donatio sui iuris patro. facta à Rege in Ecclesiam definit esse seculare, & efficitur totaliter Ecclesiasticum ex mutatione personæ, *d. cap. unico de iur. patro.* quod secus erit vbi non absolutè facta sit donatio, sed in feudum, iuxta secundum membrum nostræ distinctionis.

300 Quemadmodum etiam, quod Episcopus, cuius dignitati annexa est ex donatione putata, aliqua altera temporalis, puta: ducatus, comitatus (quod potest esse vt per Abb. in *inter dilectos num. 5. de fide instrum. Moli. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 13. num. 97.*) habuerit aliquod ius patronatus, ratione huius dignitatis temporalis, iudicabitur Ecclesiasticum. enim uero cum comitatus sit Ecclesiæ, & ius patronatus comitatus, sequitur quod Ecclesiasticum sit, habetque causam à comitatu, qui est Ecclesiæ. ita tenet Gambart. in *tract. de off. legati lib. 2. num. 418. & seq.* Sequitur Nicol. Garc. *de benef. 5. p. c. 1. n. 555. penes finem.* & ita non est ferendus Caud.

301 vbi supra quest. 5. num. 4. dicens quod si donatio patronatus fiat à Rege Episcopo, non vt Episcopo, & Episcopali dignitati, sed vt comiti, vt comitatu vnito Ecclesiæ, quod erit adhuc ius patronatus laicalis, qui conuincitur ex ratione adducta & Doctoribus.

Ex qua quidem, & ex quibus rectè inferatur, quod ius patronatus spectans ad prioratum omnimodo erit Ecclesiasticum, licet ipse prioratus sit iuris patronatus laici, nam prioratus ipse facti Ecclesiasticus, & sic eius ius patronatus suam naturam sequitur, iuxta *d. c. vnicum §. ff. de iur. patro. lib. 6.* & quæ supra diximus. & licet ius patronatus Ecclesiæ & prioratus sit laici, non tamen ipsa Ecclesiæ & prioratus ipse tanquam incapacis, quemadmodum cetera bona Ecclesiæ non sunt patroni. ita optime tenet Nicol. Garcia vbi proxime *d. num. 555. in si. iustissimè* reprobans Vallas. *consult. 163. ad si. 2. p. contrarium* sentientem. & probatur insuper expressè ex Sacra congregatione Concilij Tri. quam ad litteram refert ipse Nicol. Garcia *de benef. tom. 2. p. 9. cap. 2. num. 263.* quod cum serenissimus Rex Portugalix illud inter alia dubia proposuisset (tanquam administrator perpetuus militiarum Iesu Christi, sancti Iacob, & Auis sui Regni) orta competentia cum ordinariis prælatis, an cap. 18. *sectio 2. 4. de reformatione*, dum disposit in modo prouidentia beneficia iuris patro. (vt nos supra) an debeat obseruari in Ecclesiis pertinentibus ad Regis præsentationem ratione magistratus militiarum, congregatio censuit, imò debere obseruari, & in istis, nam istud ius patronatus est Ecclesiasticum, & sic contra eundem Vallasem vbi supra. Et per consequens inferas quod appellationi, emissæ in proximè dictorum beneficiorum (tanquam Ecclesiastici iuris patronatus) prouisione ob non seruatum formam traditam à Trid. decret. in beneficiis ceteris iuris patronatus Ecclesiastici vtique esse omnino deferendum, aliterque vim fieri, declarabitur, aditus senatus per viam violentiæ ex iis quæ latius supra capite diximus præcedenti.

Item vltimò pro complemento aduerte, quod si beneficia, in quibus ius patronatus Regiæ coronæ competit, in alium statum sit erectum; puta de monasterio, vel prioratu, in curatum vel aliam dignitatem: non amittit corona suum ius patronatus, sed illud retinet in erecto beneficio de nouo, non enim extinctum fuit beneficium, in quo corona ius patronatus habebat, sed alterata fuit dumtaxat eius qualitas ac natura, variatque dumtaxat ipsius status, vt dicit Rebuff. in *prax. Episcopali tit. de vicarijs perpetuis num. 12.* quod beneficij facta commenda rector præsentabit in vicaria perpetua, & sic bene dixit etiam Caud. *de patrona. Regiæ coronæ c. 18. à num. 2.* quod facta commenda alicuius beneficij, quod erat antea iuris patronatus Regis, pariter poterit præsentare in vicarijs perpetuis earundem commendarum. Et facit

Rotæ

Rotæ decisio adducta literaliter per Nicol. Garciam *de benef. 2. tom. 9. p. c. 2. num. 290.* & facit ad propositum, quod dicit B. in *l. fidei iussor §. ff. de pignori. Bart. post Iacob. Butri. in l. si conuenit §. si quis ff. de pignori. actio. Sali. in l. quamuis C. in quibus causis pign. taci. contrà ha. Negusantius in tract. de pignori. 2. p. memb. 2. num. 25. & 26.* vbi dicunt, quod quando res obligata transit in aliam formam reducibilem ad primam materiam, non extinguitur ius pignoris competens in ipsa materia prima, quia res transit cum suo onere, & sua causa, *l. si debitor C. de distractio. pignori. c. ex literis de pignori. b. l. age cum Geminiano C. de transactionib. l. si. C. sine sensu vel reliquis l. imperatores ff. de vctigal. & commif.*

309 Rursus quoniam priuilegia realia per alterationem rei non perduntur, Oldral. *consil. 267. num. 3. vers. item si inspicitur*, quem sequitur Cardin. Tusc. *practi. conclus. tom. 6. conclus. 749. fol. 575. tit. priuilegia realia per alterationem rei non perduntur*, qui ibidem dicunt, quod priuilegium alicuius prioratus, si erigatur in cathedralem, nec cessat, nec perditur, quia nihilominus retinet priora priuilegia, vide latè Mieres *de maioratu 1. p. q. 11. num. 11.* cui & bene consonat Rotæ Romanæ decis. 17. num. 10. & si. p. 2. diuers. vbi dicitur, quod ita fuit iudicatum in vna Hispanensi decimarum 11. April. anno 1567. & in vna Toletana dimidiarum annatarum 2.

313 Decembr. anno 1575. vbi deciditur quod possessio conferendi dimidias portiones in aliqua dicecesi, trahitur ad alias portiones nouiter creatas eiusdem speciei, Caphal. *consil. 418. num. 54. 55. volu. 3.*

314 Quibus conuenit rectè, quod si alicui cõpetat ius ex priuilegio, aut præscriptione percipiendi decimas ex aliquo fundo, si alteretur, & varietur modus seminis, ac fructuum, ex eis etiam decima soluetur, & priuilegium conferuatur, Anton. in *c. cum in tua. de decim. Abb. in c. cum Eccles. sutrina de caus. poss. & proprie. num. 54.* latè Rebuff. in *tract. de decimis quest. 13. num. 6. 1. pag. 47.* Rip. *respons. 65. num. 8.* Siluest. in *sum. verb. decima quest. 8. fol. 138. colu. 3.* post Hostiens. *Bursat. consil. 50. num. 3. 6. lib. 1.* Aluar. *Vallas. consil. 58. num. 14.*

315 loquens in consuetudine soluendi decimam ex tritico, vt si seminetur milium, etiam soluenda, Mieres, *tract. de maiorat. 1. p. quest. 10. num. 116.* & supra latè Burgos *de Paz consil. 50. num. 8.* qui etiam loquuntur de habente possessionem percipiendi decimas de omnimento de pascente in aliquibus defensis, vt sit etiam tuendus in possessione percipiendi decimas de omnimento, seu alio fructu, nam præscribens in terra certas decimas, videtur quoad omnes, illius terræ fructus per-

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

scripsisse. Et magis in nostris terminis facit Rotæ decis. in causa Pistoriens. decanatus de anno 1554. coram D. Montis Flaconen. quam adducit Guidobonus *decis. 118. in manuscriptoris*, & ad litteram aliud agens refert illam Nicol. Garcia *de benef. 5. p. cap. 1. n. 507.* in hæc verba. Erecto beneficio de iure patro. laicorum in titulum dignitatis decanatus referuato iure patronatus ipsius decanatus pro quatuor vocibus patronis beneficij, & pro quarta parte fratri laico ij frui possessoris beneficij, consentientis erectioni & dotem augmentis de propriis bonis, sibi ab eo collectis, istud ius patronatus non est mixtum, sed purè laicum ex fundatione & dotatione, &c.

Et facit, quia quando res empta ex pecunia redacta ex re maioratus in eius locum subrogatur, efficitur ipsius maioratus, cum omnibus qualitibus primordialis, & accidentalibus prioris rei iuxta text. in *cap. 1. de vasallo decrepita etatis. Ill. consil. 231. num. 1. lib. 1.* Bar. in *l. general. §. heres ff. de usufruct. lega. Gregor. Lopez in l. 6. tit. 1. p. 6. in gl. verbo que la non pudiese vender colu. penult. vers. aduerte etiam. latissimè Molin. de Hispanor. primogenis lib. 4. cap. 4. per totum. & præcipue num. 36. & seqq. vide latè Mier. *d. quest. 11. per totum*, quæ faciunt ad ea, quæ superius diximus, nam si nunc inueniatur aliqua Ecclesiæ, quæ est Parochialis, si appareat aliquando fuisse monasterium virorum, & sic consistorialis, & per tempus in hunc nouum statum erecta, & redacta, nihilominus conferuari ius patronatus coronæ.*

Quibus adde leg. 3. tit. 6. lib. 1. *recopila.* qua quidem reuocat priuilegia ante facta & cõcessa à Regibus Hispaniæ beneficiorum de las montañas, quorum ius patronatus ad Regium patrimonium spectat, *ibi, por ende por la presente renocamos y damos por ningunas y de ningun valor y efecto todas y quales quiera mercedes por los dichos señores Rey Don Iuan nuestro Padre y Rey D. Enrique nuestro hermano y por nos y qualquier de nos hechas, por donde concedieron, y concedimos a qualquier, o quales quier personas, que huiesen por juro de heredad tales yglesias Parrochiales, o Monasterios, o ante yglesias, y cada vna o qualquier dellas, y las cartas y priuilegios y confirmaciones dellas dadas, y queremos que no ayen fuerza ni vigor, &c.* quæ lex fuit condita per Catholicos Reges Ferdinandandum, & Elisabet Toleti anno 1480. quam menti tradas, quia in his partibus, scilicet, de las montañas, plura sunt huiusmodi priuilegia, quæ eius decisione possunt impugnari.

CAPVT